



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cvrис Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.I.], 1645**

§. 6. B. Virgo, per Angelum, egenti monastrio aurum mittit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

tu Prophetico , absentia vidit ? sed incredibile est , fuisse margaritam , cum margarita non in ore , sed in ventre; non in piscibus , sed in conchis soleant inueniri. Fuit ergo verus sicutus , & miraculum inde maius , quod Christus absens sciret , quis fuerit ille piscis , qui in ore staterem esset gesturus ; & quod sciret , illum primò ascensurū ; immo quod potius fecerit , ut ille primus ascenderet ; aut quod in ore ascendentis staterem ipse creārit aut formārit ; nisi enim ibi primū eum fecisset , non in ore , sed in ventre piscis stater repertus fuisset : deglutiunt enim pisces , quod ore rapiunt. Quo ex facto apparet , quantis miraculis vel pecuniam quoque suppeditet indigentibus benignus Deus . Quod & per Matrem suam legitur fecisse .

## §. VI.

B. Virgo , per Angelum , egenti monasterio aurum mittit .

S. Grego-  
rius Tu-  
ron. lib. I.  
de glor.  
Martyr,  
§. II.

Monasterium est valde magnum in Hierusalem , non modicam habens congregationem in quodam loco , inquit Gregorius Turonensis , Deuotio populi saepe plurima confert . Veruntamen Imperatoris iussu ibi non minima largiuntur . Accidit autem , quodam tempore , ut , pre penuria egestatis , valde eis victus necessaria de-

fice-

fiearent. Congregatio itaq; garrula Monachorum, cum, una atq; alia die refectionis, alimoniam non caperet, vociferantur ad Abbatem dicentes: Largire cibos, aut permitte discedere vnumquemq; in locum, quo vitam propagare posset; alioqui, nec te consulto, discedimus, ne perreamus fame. Hac, ijs dicentibus, ait Abbas: Oremus, fratres dilectissimi, & Dominus ministribit nobis cibos: nec enim potest fieri, ut deficiat triticum in eius monasterio, quæ frugem viæ ex utero pereundi intulit Mundo. Quibus vigilantibus, nocte tota, ac psallentibus, manè orto, ita reperiunt cuncta horreorum habitacula repleta tritico, ut vix vel reserari ostium posset. Accepto autem cibo, gratias egerunt Deo. Post multos verò annos, iterum deficiente cibo, clamauerunt Monachi ad Abbatem, qui ait: Vigilemus, ac deprecemur Dominum, & forsan transmittere dignabitur alimenta. Deniq; prosternuntur ad pavimentum templi. Vigilantes itaq; noctem in Psalmis hymnisq; & Canticis spiritualibus, cum se, post matutinas somno dedidissent, venit Angelus Domini, & posuit, super altare, multitudinem innumeram auri. Erant enim ostia adis obserata. Ex urgente autem manè Abate cum Monachis, ad celebrandum cursum, viderunt multitudinem auri su-

G 3 per

per altare. Et ait Abbas Custodi adituo: Quis  
Prefectorum huc ingressus est? qui haec detulit?  
Respondit: Post egressum vestrum, nullus hic ho-  
minum accessum habuit, sed ostij clauem mu-  
nitam retinui, & mecum habui, donec surge-  
res ad commouendum signum. Tunc stupens Ab-  
bas cum Monachis, munus cœleste intellectus,  
gratiasq; Deo agens, colligit; comparatisq; vi-  
etui necessarijs plebem creditam affluenter refe-  
cit. Nec mirum, si B. Virgo, sine labore, suis  
protulit victum, quæ sine coitu viri concipiens,  
virgo permanxit & post partum. Hæc S. viri  
verba sunt, quibus ego aliud adiungam ver-  
bis meis.

## §. VII.

B. Virgo peccuniam suppeditat B. Her-  
mano.

Surius s.  
April. in  
vita eius,  
& F. Io.  
Chrysost.  
de Störr  
in vita e-  
dita An.  
tuerpiz  
Anno  
1627.

*Hermanus*, postea, ab ipsa Deipara, cum  
duobus Angelis, ei se spectabilem præbente,  
*Iosephi* sibi nomen adsciscere iussus (cuius Be-  
atificationem Ferdinandus II. Imperator  
Diuis affectissimus Romæ à Sede Apostolica  
petiuit) antè, quam, in Steinfeldensi ceno-  
bio, sub S. Norberti vexillo, in Præmonstra-  
tensium ordine, stipendia faceret, cum ad-  
huc septennis, Coloniæ, scholas frequen-  
tar, ceteris condiscipulis, festis ac Domini-  
cis